

mion (*Dent. xxxii, 7*), interrogavi patres meos ut an-
nuntiarent mihi, maiores meos ut dicerent mihi (su-
cessores videlicet nostrorum patrum priorum, Ailbei-
episcopi, Querani Coloniensis, Brendini, Nessani,
Lugidi), quid sentirent de excommunicatione nostra,
a supradictis sedibus apostolicis facta. At illi, congregati
in unum, alius per se, alius per legatum suum
vice sua missum, in campo Lene sanxerunt, et dixer-
unt: « Doceores nostri mandaverunt per idoneos
testes, alios viventes, alios in pace dormientes, ut
melliora et potiora probata a fonte baptismi nostri et
sapientiae et successoribus apostolorum Domini de-
lata sine scrupulo humiliiter sumeremus. » Post in
commune surrexerunt, et super hoc orationem (ut
moris est) nobis celebraverunt, ut Pascha cum uni-
versali Ecclesia in futuro anno celebrarent. Sed non
post multum surrexit quidam paries dealbatus, tradi-
tionem seniorum servare se simulans, qui utraque
non fecit unum, sed divisit, et irritum ex parte fecit
quod promissum est, quem Dominus (ut spero) per-
cutiet quoquo modo voluerit. Deinde visum est se-
nioribus nostris, juxta mandatum, ut si diversitas
orbata fuerit inter causam, et variaverit judicium
inter lepram et non lepram, irent ad locum quem
elegit Dominus (*Dent. xvii, 8*); ut si cause fuerint
maiores, juxta decretum synodicum, ad caput urbium
sint referendae. Misimus quos novimus sapientes et
humiles esse, velut natos ad matrem. Et prosperum
iter in voluntate Dei habentes, et ad Romanum urbem
aliqui ex eis venientes, tertio anno ad nos usque
pervenierunt. Et sic omnia viderunt sicut andierunt,
sed et valde certiora, utpote visa quam audita, invè-
nerunt. Et in uno hospitio cum Graco, et Hebreo,

A Seytha, et Ägyptiaco, in ecclesia sancti Petri simili
in Pascha (in quo mense integro disjuncti sumus)
fuerunt; et ante sancta sic testati sunt nobis, di-
centes: « Per totum orbem terrarum hoc Pascha, ut
scimus, celebratur. » Et nos in reliquiis sanctorum
martyrum, et scripturis quas attulerunt, probavimus
inesse virtutem Dei. Vidimus oculis nostris pueram
cæcam omnino ad has reliquias oculos aperiens, et
paralyticum ambulante, et multa dæmonia
ejecta.

B Ille dixi, non ut vos impugnarem, sed ut me ut
nycticoracem in domicilio latitantem defendarem.
Sed si quid forte impolitum vel vitiosum per immunda
labia dixi, bicipi labii vestri foreipe per igniferum
Isaiatum altaris Dei carbonem tangite (*Isai. vi, 6*),
et præputium inulti logii bifaris ter quaternis cultris
Ben-Nun quinis denis digitalis humatis cum plebis
præcidite prioris præputiis (*Josue v, 3*). Nefas est
enim errata tua non agnoscere, et prolata ceruora
non approbare. Hæreticorum est proprie sententiam
suam non corrigerre, malle perversam quam mulare
defensam. Scienti etenim bonum facere, et non fa-
cienti, peccatum est illi (*Jac. iv, 17*). Peccati vero
stipendum mors est (*Rom. vi, 23*); a qua nos divina
Majestas, et simplex Trinitas, et multiplex apex
(subtus quem nihil est, intra quem nihil est, citra
quem nihil, ultra quem nihil, supra quem nihil,
sustiens omnia sine labore, penetrans omnia sine
extenuatione, circumdans omnia sine extensione,
superans omnia sine inquietudine), liberare dignetur.
Amen, amen.

C Grandis labor est prudentiae.

LIBER DE MENSURA PÖENITENTIARUM.

BENEVOLO LECTORI COLLECTOR.

[Biblioth. Patrum Iabb. I.]

Subscriptum, benigne lector, de pœnitentiariis
Mensura tractatum sub nomine Cumeani abbatis in
Scotia, tempore Veteri, seu Hibernia, orti, transuksi
ex pervertusto, sed mendoso ms. Codice bibliothecæ
San-Gallensis (in quo una habetur Vita Georgii mar-
tyris) eigne præmititur præfatiuncula sancti Colum-
bani ad ejusdem argumenti opusculum a se compo-
situs, quod supra habes (a), huic similimum, cum
quo nimurum in stylo plerunque et ordine, ac nonnum-
quam etiam sub codem tenore verborum in doctrina
concordat. Sed cum varii hujus nominis existenter
etiam abbates, non est tam facile hujus opusculi
auctorem invenire. Kalendaria et Menologia Hiber-
nica meminerunt ad 12 Februarii Cumeani abbatis
Glennemonensis; 24 Februarii Cumeani abbatis Hien-
sis; ad 24 Septembris, Cumeani abbatis Drums-
nechtensis, et postremo ad 17 Septembris Cumeani
abbatis Benchorensis, et aliquot aliorum diebus
aliis; e quibus Hensis a veteribus tum Martyrologis,
tum scriptoribus aliis Sapientis elogio dignatus, et
anno Christi 654 gravi eruditaque epistola, apud
Jacobum Usserium in Sylloge veterum epistoliarum

D Hiberniarum extante, prædecessorem suum Se-
gíenum, cæterumque Hensi monachorum cætum
dehortatus est a more celebrandi paschalem solemnis-
tatem luna 14. Qui mos in hoc quoque opusculo,
et non selus fortasse, Quartadecimanorum re-
probatur; supponendus videtur auctor hujus tracta-
tus, donec aliunde res notior fiat. Cæterum quisquis
fuerit, ex antiquorum Patrum auctoritate et consensu
plura deprompsit de modo et mensura pœnitentiarii
documenta.

Illud ad præsens videtur observandum, ea que
circa præceptum illud Act. xv de suffocatione non
edendis habet, non esse a Scripturæ veritate, aut
sacris canonibus aliena; nam licet Ireneus (lib. iii,
c. 42), Tertullianus (*De Pud. c. 12*), Cyprianus ad
Quirinum (Lib. iii, fin.), Pacianus (*de Paenit. et
Confess.*), Ambrosius (*in Epist. ad Galat. c. 12*),
Augustinus contra Faust. (Lib. xxxii, c. 15), copio-
sius a Baronio relati ad annum Christi 51, num. 17,
tria duntaxat illo præcepto prohibita esse credentes,
existimant illud de suffocatione non edendo non esse
de textu, sed adjectum ab aliquibus Scripturam

(a) Hujusce Patrologie tomo LXXX, col. 225. E. rr.

adulterantibus, ut loquitur Ambrosius, vel interpre-
tibus, ut astantibus alii; Graeci tamen semper eo
modo legisse reperiuntur, prout etiam nunc habet
communis Editio Latinorum cum verbis illis et suffo-
cato, sicut citato capite legis Cumus nus; quin etiam
usu receptum fuisse videtur in Ecclesia, ut fideles
ab esu sanguinis abstinerent; unde Tertullianus hæc
ait adversus gentes: « Erubescat error vester Chri-
stianis, qui ne animalium quidem sanguinem in
esculentis habeimus; qui propiore quoque suffocatis
et morticiniis abstineamus, ne quo sanguine contami-
nemur vel intra viscera sepulso. Denique inter tem-
tamenta Christianorum botulos etiam crux disten-
tes aduenientur, » Itæ Terullanus, (Apol. c. 9).
Blandinus martyr apud Eusebium hoc in gentiles:
« Multum erratis, o vii, quod putatis infantium car-
nibus vesci eos qui ne mutorum quidem animalium
sanguinis utinuntur. » Et Mihius Felix quoque in
Octavio hæc in eamdem sententiam: « Nobis homi-
cidium nec videre fas, nec audire; tantumque ab
humano sanguine caveamus, ut nec edulium peco-
rum in cibis sanguinem noverimus. » Itaq; porro
quare iussi sunt Iudei ac gentiles conversi a sanguini
ne abstinere, illa potissima assertur ab Augustino
apud Baronium loco cit. (Contra Faustum lib. xxxii,
cap. 15), et aliisque, licet in re levissima, remanente
usu legi lumen, Iudei ac gentiles in unum Christum
lapidem angularem facilius necterentur. Vide Baro-
nium citatum, qui et aliam adducit rationem ex Ori-
gene, lib. viii contra Celsum.

Cæterum quod ad usum ejusmodi abstinentie in
Ecclesia postea impositum et practicatum attinet,
hæc habemus in apostolico canone 62: « Si quis
episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicun-
que ex sacerdotali consortio comedenter carnes in
sanguine animæ ejus, aut a bestiis abreptum, aut
suffocatum, depositur; si vero laicus sit, a com-
munione exclusitur. » Item in concilio Gangreni, c.
2: « Si quis carnem edentem (præter sanguinem, et
idolis immolatum, et suffocatum) cum religione et fide
condemnat, velut spem (sic) propter hujusmodi præ-
ceptionem non habentem, anathema sit. » Leo quoque
imperator (Novelli consti. 58) his ad Stilianum
sacrorum officiorum magistrum ostendit quam stricte
fuerit hoc olim observatum: « Simul olim, inquit,
legislatori Moysi sanguine vessecendum non esse man-
davit Deus, simul ab istiusmodi cibo abstinere de-
bere, a præcombus gratia est constitutum. » Et inita:
« Pertulit est ad aures nostras quod inter-
stus tanquam tunica sanguinem infarctum, velut
consuetum aliquem cibum ventri præbeant; quod
tolerari non debere imperatoria nostra maiestas rata,
neque tam impio soli gutæ inhumanum hominum in-

(a) Ait Baron. se illud Pœnitentiale invenisse.

A vento, nunc præcepta Dei divina, nunc reipublicæ
nostræ honestatem dedecore affici sustinens, jubet
ne quis id scelus neque ad usum suum, neque ut
emptoris detestando cibo contaminarentur, ullo modo
exercere audeat. At sciatis quicunque debitis divina
mandatum contemnere, sanguinemque in cibum con-
vertere (sive vendat, sive emat) reprehensus erit, se
bonorum publicatione subiecendum, et ubi acerbium
in modum flagris ac cute tenus fœde detonsus fuerit,
perpetuo patriæ exilio multandum esse, etc.

His accedunt varia conciliorum decreta idem inhibi-
tioni: nam canon vigesimus-concilii Antiochenensis
secundi, suffocatio vesci prohibet, et ex concilio
Carthaginensi ad idem hæc recitantur in synodo
Vormatiensi: « Animalia, quæ a lupis seu a canibus
lacerantur, non sunt comedenda, nisi porcis et cani-
bus; nec corvus [corvus], nec capra, si mortui inven-
iantur. » Et infra: « Aves vero et alia animalia si in
retibus strangulantur, non comedenda. » Ex quibus
habetur, ejusmodi abstinenti præceptum in Ecclesia
permansisse usque ad tempora Adriani papæ, sub
quo celebratum fuit concilium illud Vormatiense
circa annum Domini 772, j. xii. Baronium, præter
quem et Theodorus in suo (a) Pœnitentiariorum
imponit vescentibus suffocatis; sed nec esu sanguinis
tantum, sed a quibusdam animalibus, quæ lex inter-
dixit, et natura abhorrente solita est, al. si inveni-
tur inde que Christianos constat ex epistola quadam
Zacharie pape ad Bonifacium, citata a (b) Baronio,
in quo illa signatur; quo intelligas id quod poste-
tous occidentalis Ecclesiæ consensu laudabiliter
antiquatum fuit, istiusmodi scilicet legalium obser-
vantium, temporibus Cumeani, qui exactam cibo-
rum præfato capite differentiam instituit, in ambi-
quorum, ut hæcens vidimus, canonum et concilio-
rum auctoritate fundata, ea qua alii idem usur-
pantes ratione ducebantur permotus.

Denique hoc velim, lector, intelligas, me eo in-
abstergendis imperiis librarii mundi moderamini
usum, ut nec sententiam, nec verbum mutare vel
transponere fuerim ausus (exceptis pauculis suo-
loco intinendis, quorum quasi certa emendatio oc-
currit, sed nudam dubitatam eorum terminacionem
ubi incongruum deprehendi, asteriscis ad singula desi-
gnatus emendare, ne doctissimum tractatum ejus-
modi nævis obscurari contingeret, aut criticorum
quorundam, omne non politum, et punctulis etiam
omnibus absolutum, fastidium, contemptu ex-
poni contingeret. Luca vero per pauca in eo hiulca,
punctis obducta, aliqua forte correctione manus ex
emendatorum Codicum collatione restituet. Interim
nostram opellam, benigne lector, æqui consule, et
vale.

(b) Vide tom. III Concil. recent. Edit.

PROLOGUS AUCTORIS.

De remedis vulnerum secundum priorum Patrum definitionem dicturi, e sacris tibi eloquii, mihi fidelissime, ante medicamina, compendii ratione, intimemus. Primo itaque est remissio, qua baptizamur in aqua, secundum illud (Joan. iii): *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest videre regnum [Dei].* Secunda remissio, charitatis effectus, ut est illud: *Remittunt ei peccata multa, quia dilexit multum* (Luc. vii). Tertia, eleemosynarum fructus, secundum hoc: *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum* (Ecclesi. iii). Quarta ef-
fusio lacrymarum, Domino dicente: *Quia flevit in conspectu meo et ambulavit tristis coram me, non indu-
cere mala in diebus ejus* (I Reg. xxii). Et quinta, cri-

D minum confessio, Psalmista testante: *Dixi, Confitebor adversum me iniustitiam meam Domino, et te remisisti iniquitatem peccati mei* (Psalm. xxi). Sexta, afflictio cordis et corporis, Apostolo dicente: *Dedi hujusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvis sit in die Domini* (I Cor. v). Septima, emendatio morum, hoc est, abrenuntiatio vitiiorum, Evangelio contestante: *Jam sanus factus es, noli ulterius peccare, ne quid tibi deterius accidat* (Jean. v). Octava, intercessio sanctorum, ut est illud: *Si quis infirmatur, inducat presbyteros Ecclesie, et orent pro eo* (Jac. v), et reliqua; et: *Multum valet deprecatio justi assidia* (Ibid.). Nona, misericordia et fidei moritum, secundum hoc: *Beati misericordes, quoniam*

ipso misericordiam consequentur (Math. v). Decima, ^a conversio et satus aliorum, Jacobo confirmante : Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, et operit multitudinem peccatorum eorum (Jac. v). Sed melius est tibi ut ^b iuſfirmus fucris et vitam solitariam ducere, quam perdere cum plurinis. Undecima, indulgentia et remissio, Veritate pollicente, qui ait : Dimittite et dimittetur vobis (Luc vi). Duodecima, passio martyrii, spes unica, salutis indulgentia, et latroni crucifixo Deo respondente : c Amen dico vobis, hodie mecum eris in paradiſo (Luc. xxiii). Ibis autem de canonis auctoritate prolatis, Patrum etiam statuta Domini ore ^d subrogatum investigare convenit, secundum illud : Interroga patrem tuum et annuntiabit vobis (Deut. xxxii); item : Causa deferatur ad deos (Exod. xxii). Statuunt itaque octo principalia vitia, humanae salutis [saluti] contraria, ^e his octo contrariis sanentur remediis. Vetus namque proverbium est : contraria contrariis sanentur [sanantur]; qui enim illicita licenter committunt, a licitis coercere se debent.

CAPUT PRIMUM. De gula et ebrietate.

Si quis episcopus, aut aliquis ordinatus, in consuetudine vitium habuerit ebrietatis, aut desinat, aut deponatur. Si quis monachus per ebrietatem vomitum facit, trigesita diebus poeniteat. Si quis presbyter aut diaconus, quadraginta dies poeniteat. Si vero per infirmitatem, aut qui longo tempore se abstinerit, et in consuetudine non erat ei multum bibere vel manducare, aut pro gaudio in Natali Domini, aut in Pascha, aut pro alicuius sanctorum commemoratione faciebat, et tunc plus non accepit quam decretum est a senioribus, nihil nocet. Si episcopus jussiterit, non nocet illi, nisi ipse similiter ^f. Si laicus fidelis per ebrietatem vomitum facit, quindecim dies poeniteat. Sacerdos, si inebeſtetur per ignorantiam, septem dies poeniteat in pane et aqua; si per negligentiam, quindecim dies; si per contemptum, quadraginta dies poeniteat. Diaconus et monachus quatuor hebdomadas; subdiaconus tres, ^g duos dies; laici unam hebdomadam. Qui cogit hominem ut inebeſtetur humanitatis injustæ gratia, ut ebriosus poeniteat; si per odium, ut homicida judicetur. Qui psallere non potest, in lingua ^h superponat. Qui anticipat horam canonicam et suaviora cæteris sumit, gulæ tantum obtentu, coena careat, vel duobus diebus in pane et aqua poeniteat. Qui superflua ventris distensione dolorem quoque sentit saturitatis ⁱ, id est, si ad vomitum sine infirmitate, septem dies poeniteat. Si sacrificium evomuerit, quadraginta dies poeniteat; si infirmitatis causa, septem dies poeniteat; si in ignem projicit, centum Psalms cantet; si vero canos lambuerint ^j vomitum, centum dies poeniteat, qui evomit.

^a Ms., mendose, conversatio.

^b Illic depravatio aliqua.

^c Ms., mendose, amite.

^d Forsan, subrogata.

^e Deest forsan quæ.

^f Supple proprio motu in hoc sibi induxit.

A Qui suratur cibum, quadraginta dies poeniteat; si iterum, tres quadragesimas; si tertio, anno poeniteat. Qui manducat carnem immundam, aut mortuam, aut delaceratam a bestiis, quadraginta dies poeniteat; si necessitas cogit, nihil est; et qui per necessitatem manducat animal quod immundum videtur, vel avem vel bestiam, non nocet. Qui [si] casu quis immunda manu cibum tangit, vel canes, vel pilax, aut animal immundum ^k sanguinem edat, non nocet. Qui sanguine, vel quocunque immundo polluitur, si nescit qui manducat, nihil est; si autem soit, poeniteat juxta modum pollutionis. Qui sanguinem, aut semen liberrit, tribus annis poeniteat. Si autem stercorant in quocunque liquore, tollatur ab eo sterces, et sanctificetur aqua, et mundus erit cibus. Si ceciderit sorix B in liquorem, tollatur foras, et hoc potum [tunc totum] aspergatur aqua sanctificata, et sumatur, si vivens sit; si mortua fuerit inventa, omnis liquor projiciatur foras, et mundetur vas. Animalia quæ a lupis seu canibus lacerantur, non sunt comedenda, nisi forte ab hominibus adhuc viva occidantur prius, sed porcis et canibus dentur; nec cervus, nec capra, si mortui inventi fuerint. Avis vero, et animalia cætera, si in rebus strangulantur, non sunt comedenda hominibus; nec accipitri si mortui fuerint, quia quatuor capitalia ^l Actus apostolorum præcipiunt abstinere a fornicatione et sanguine et suffocatione, et idolatria (Act. xv). Pisces licet comedere, quia alterius naturæ sunt. Equum non probabet, tamen consuetudo; leporum licet comedere. Apes vero si occidunt hominem, ipsi quoque occidi festinantur [festinentur], mel tamen manducetur. Si casu porci vel gallina sanguinem hominis comedunt, non abiciendos credimus, sed manducandos; sed qui cadavera mortuorum lacerantes manducaverint, carnem eorum manducare non licet, usque dum mace- rantur. Et post anni circulum animalia cœtu hominum polluta occiduntur, carnesque canibus projiciantur, sed quæ generant, sint in usu, et coria assumentur; ubi autem dubium est, non occiduntur. Infirmis licet omni hora cibum sumere, et potum quando desiderant, vel petunt, si ^m importune non petunt. Qui dederit aliquos liquores in quibus fuerit mustela, milvus, vel mortua inveniantur, tribus superpositionibus poeniteat; qui non neverit postea, quod talis virus est, potum superponat. Si in farina, aut in aliquo siecato cibo, aut pultato, coagulato, vel lacte, istæ inveniantur bestiolæ, quod sic circa corpora illorum est foras projiciatur, omne reliquum sana sumatur sile. Si sanguinem sine voluntate c dentibus biberit, id est cum saliva, nou est peccatum. Si quis venationes aliquas quocunque exerceat, si clericus, anno uno; si diaconus, annis duobus; si sacerdos, annis tribus poeniteat ⁿ. Catechumeni man-

^g Loquitur de superpositione silentii.

^h Videtur hic deesse aliiquid.

ⁱ Vid. sup. in prefat.

^j Deest aliiquid in hoc commate.

^k Mole Codex opportuno.

^l Illic non inhibetur sacerdos aribus venari.

ducere non debent cum baptizatis, neque gentiles. Uxor quæ sanguinem viri sui pro remedio gustaverit, quadraginta dies pœnitentia; sic et illa quæ semen viri sui in cibum miscens, ut inde plus amoris accipiat, tribus annis pœnitentia. Qui ^a contemptum indictum jejuniū in Ecclesia et contra decreta seniorum fecerit, ^b sine Quadragesimā, quadraginta dies pœnitentia; si autem in Quadragesima, anno pœnitentia; si frequenter fecerit, et in consuetudine erit ei, exterminabitur ab Ecclesia, Domino dicente: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, et reliqua (Matth. xviii).* Qui de sui comedens corporis cute, cum impositione manus episcopi annum integrum cum pane et aqua pœnitentia.

CAPUT II.

De fornicatione et reliquis immundis pollutionibus.

Episcopi, presbyteri, diaconi fornicationem facientes, degradari debent, et pœnitentia judicio episcopi; tamen communicant. De sodomitā, episcopi quatuordecim [annis] pœnitentia, presbyteri duodecim annis pœnitentia, diaconi novem, subdiaconi octo, clerci septem, laici quinque pœnitentia, et nunquam cum alio dormiant. Si cum fratre naturali fornicationem per commisionem carnis, quindecim annis pœnitentia, ab omni carne abstineat se. Si semen in os misserit, septem [annis] pœnitentia; alii dicunt usque in finem vite. Viri inter femora fornicantes, primo unum annum pœnitentia; si ^c iterant, duos: si in crura fornicantes, si pueri sunt, annis duobus pœnitentia; si viri, annis tribus: si autem in consuetudinem vertunt, et modus pœnitentiae addatur judicio sacerdotis. Vir semetipsum coquinans in primo, centum dies pœnitentia, et iterans, annum unum; si cum gradu est, addatur pœnitentia. Puer quindecim annorum, quadraginta dies pœnitentia. Qui concupiscit mente fornicari, sed non potuit, anno pœnitentia, maxime in Quadragesima. Qui turpiloquio, vel aspectu coquinatus est, tamen non voluit fornicare corporaliter, viginti vel quadraginta dies pœnitentia; si autem in pugnione cogitationis violenter coquinatus est, septem dies pœnitentia. Qui diu illuditur a cogitatione tepidus et repugnans, unum vel duos, vel plurimos dies, quantum ^d exegerit diuturnitas cogitationis, pœnitentia. Pueri qui fornicantur inter seipso, ^e judicavit ut vapulent; pueri soli sermocinantes, et transgredientes statuta seniorum, tribus superpositionibus emendentur. Osculum non simpliciter facientes, sex superpositionibus; illecebrosum osculum sine coquinatione, septem; cum inquinatione sive amplexu, decem superpositionibus. Post annos viginti duos ^f idem adulti item committentes, quadraginta dies separati a mensa, extorresque ab ecclesia, cum

A pane et aqua vivant. Minimi vero fornicationem imitantes, et irritantes se invicem, sed coquinati non sunt propter ætatis immaturitatem, viginti dies, si vero frequenter, quadraginta dies; si iteraverint, per pœnitentiam centum dierum. Pueri ante viginti annos se invicem manibus coquinantes et confessi, antequam communicent, viginti dies; si iteraverint, centum dies pœnitentia; si vero frequentius, separentur, et anno pœnitentia. Puer oppressus a majore..... hebdomada jejunet; si consentit, quadraginta dies. Molles unum annum pœnitentia; qui in somnis voluntate pollitus est, surgat, canaque genuflectendo septem psalmos in crastino, cum pane et aqua, ^g vel trigesima psalmos genuflectendo in suum, unumquemque cantet. Volens quasi in somno peccare B ^h sive pollitus est sine voluntate ⁱ quindecim; in fine dicat ter *Deus, in adjutorium, et reliqua.* Qui semen dormiens in ecclesia fuderit, tribus diebus pœnitentia; peccans non pollitus viginti quatuor psalmos cantet. Episcopus faciens fornicationem, degradari debet, sive septem, sive duodecim annis pœnitentia. Presbyteri aut diaconi fornicationem naturalem facientes, prolato [emissio] ante monachi voto, tribus annis pœnitentia. Veniam omni hora roget, superpositionem faciat in unaquaque hebdomada, exceptis quinquagesimis diebus; post superpositionem, pane sine mensura utatur, et serculo aliquatenus butyro impinguato, hoc est, quadrante, et die Dominica sic vivat; ceteris vero diebus paximari panis mensura et misso parvo impinguata, i horro oleris, ovis paucis formatico semina..... tenucla, vel batuto lactis sextario pro sitis gratia, et ^k aqua tale potu si operarius est lectumque [A., lectoque] non multum fenum habeat instratum: per tres Quadragesimas anni addat aliquid prout virtus ejus admirerit; semper ex intimo cordis deflet culpam suam, ^l obedientiamque pro omnibus libentissime excipiat; post annum et dimidium Eucharistiam sumat, et ad pacem veniat, psalmos cum fratribus cantet, ne penitus anima tanto tempore celestis medicinæ jejuna intereat. Si interior gradu quis monachus, tres quidem annos pœnitentia, sed mensura non gravetur panis; si operarius est, sextario de lacte romano, et alio tenucla, et aqua quantum sufficit pro sitis ardore sumat. Si vero D sine voto monachi presbyter, aut diaconus, si [sic] peccaverint, sicut monachus sine gradu pœnitentia, et postea recipient gradus suos. Si autem presbyter aut diaconus post tale peccatum voluerit monachus fieri, in districto proposito exsilio annum et dimidium pœnitentia, habet tamen abbas bujus rei moderandi facultatem, si obedientia ejus placita sit Deo et abbatui suo.

^a Contemptum f. irrepsit pro contra.

^b Id est, extra Quadragesimam.

^c Ms., mendose, iteras.

^d Non exierit diuturnitatē, ut per mendam in Cod.

^e Judicant, supple majores.

^f F., item adulti idem.

^g Legē, vel xxx psalmos, genuflectendo in fine uniuscujusque cantet.

^h F., sive pollitus sua voluntate.

ⁱ Intellige, quindecim psalmos cantet.

^j Hinc ad quartam sequentem lineam textus est ut bic vides in Ms. depravatus.

^k Mendose, obedientiam quam.

CAPUT III.

De adulterio, raptu, et incestu, etc.

Si quis adulterium fecerit, id est, cum uxore aliena, aut sponsam, vel virginem corruperit, aut sanctimoniale, aut Deo dicatam feminam, laici tribus annis poeniteat, primo ex his in pane et aqua. Si clericus, quinque annis poeniteat, subdiaconus sex, duos ex his in pane et aqua. Si vero diaconus monachus, septem annis poeniteat in pane et aqua, presbyter decem, episcopus duodecim, quinque ex his in pane et aqua. Clericus vel superioris gradus qui uxorem habuit, et praeter professionem suam, vel honorem clericatus, iteratus eam cognoverit, sciat se sibi adulterium commisisse, sicut superiori sententia unusquisque juxta ordinem suum poeniteat. Si quis concupiscit mulierem alienam, et non potest pecare cum ea, aut non vult suscipere eum mulier, si laicus, quadraginta dies, si clericus aut monachus est, anno poeniteat, medio in pane et aqua; si diaconus, duobus; presbyter, tribus. Si clericus aut monachus postquam se Deo voverit, ad saecularem habitu iterum reversus fuerit, aut uxorem duxerit, decem annis poeniteat, tribus ex his in pane et aqua, et nunquam postea in conjugio copuletur; quod si noluerit, sancta synodus vel sedes apostolica separavit eos a communione et convocationibus Catholicorum. Similiter et mulier postquam secundo voverit, si tale, seclusa admiserit, parientiae subjacebit. Si presbyter autem, aut diaconus, uxorem extraneam duxerit in scientia populi, deponatur. Si quis adulterium perpetraverit cum illa, et in conscientia advenit populis, projiciatur extra ecclesiam, et poeniteat inter laicos quandiu vixerit. Si quis cum matre fornicaverit, duodecim annis poeniteat; et nunquam ^a mittetur nisi in die Dominicana. Qui cum sorore hoc modo, quindecim annis poeniteat. ^b In [Canon. Ancyro., de incestis]: si quis [qui] more pecorum cum propinquo sanguine incestu commissi sunt, ante vigescimum annum etatis sue, decem annis inde poeniteat [poenitentia], exacta oratione tantum incipiant communicare; post viginti vero annos ad communionem cum oblatione suscipiantur: discutatur autem et vita eorum qua fuerint tempore poenitentiae, et ita hanc umilitatem [humanitatem] consequantur: quod si b*u*ni sunt hoc crimen prolixiori tempore, viginti annorum etate ^c ut uxores habentes hoc crimen inferint, viginti quinque, plena poenitentia acta ad communionem oratione [cum oratione] permittantur; et ita post ^d aliud quinquennium ad plenam communionem cum oblatione suscipiantur; quod si aliqui

Auxores habentes, et post quinquagesimum etatis suae annum in hoc prolapsi sunt, ad exitum vita tantum communionem mereantur. Si quis cum pecoribus, XII annis poeniteat. Si quis adulterium commiserit, VII annis poenitentiae completis, perfectioni redditur secundum pristinos gradus. Si quis ^e nupserit cum muliere sua retro, quadraginta dies poeniteat; primo autem si in terga nupserit, sic poeniteat, quomodo de animali. Si quis menstruo tempore coierit cum muliere, quadraginta dies poeniteat. Mulieres menstruo tempore non intrent in ecclesiam, neque communicent, neque sanctimoniales, nec laicas; si presumunt, tres hebdomadas poeniteant. Similiter poeniteat, quae intrat ecclesiam ante mundum sanguinis post partum, id est, quadraginta dies; qui nupserit et iis temporibus, viginti dies poeniteat. Qui in matrimonio est, Quadragesimis anni, et Sabbatis, et in Dominicis nocte diei, et in diebus plurimis, maxime tres dies antequam communicent, et concepto semine usque ad modum sanguinem consumendi, et menstruo tempore, continens fieri debet.

Bigamus poeniteat uno anno, quarta et sexta feria, et in tribus Quadragesimis abstineat se a carnis, non tamen dimittat uxorem. Trigamus, ut superius, id est, in ^f 4 et 5, vel plus VII annis quarta feria et sexta et in tribus Quadragesimis abstineat se a carnis; tamen Basilius hoc judicavit; in canonibus autem, ^g 3 ante in quinta generatione conjungantur; in quarta si inventi fuerint, non separantur. In tercia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum ejus. **E**qualiter vir conjungatur matrimonio eis quae sibi consanguineae sunt et uxoris suae consanguineis post mortem uxoris suae. Duo quoque fratres duas sorores in conjugio possunt habere, et pater filiusque matrem et filiam. Si laicus fornicaverit cum vidua aut puella ^h ante, II annis poeniteat, redditio tamen humiliationis pretio parentibus ejus; si uxorem non habet, si voluntas parentum eorum est, ipsa sit uxor ejus, ita ut annis V poeniteant ambo. Si quis laicus cum jumento fornicaverit, annis II poeniteat, si uxorem habet; si non habet, annum unum. Si clericus, II; si diaconus, III; presbyter, VII. ⁱ Ex iis in pane et aqua. Clericus semel fornicans, unum annum poeniteat in pane et aqua. Si genuerit filium, VII annis poeniteat ^k vel exsul, vel port. sil. et virgo. Qui dimiserit uxorem suam, alteri conjungens se, VII annis poeniteat cum tribulatione, vel XII annis levius. Si ab aliquo sua recesserit uxor, et iterum reversa fuerit, suscipiat eam, et ipsa anno uno cum pane et aqua poeniteat, vel ^l supercilicium

tia sumpta sunt ex isto can.

^j Ante nuprias, vel matrimonium, vel virginitatem violatam.

^k Deest aliquid.

^l Lectio corrupta sic videtur emendanda: Vel exsul portet cilicum et virginem.

¹ Cod. ms., supercelicum, sed mendoza, pro cili-
cium, aut potius supercilium, quod genus est vesti-
menti poenitentialis antiquitus et diebus nostris in
Hibernia usitatum publicorum criminum reis, qui

^a Forsan, emittetur.

^b Ex concilio Ancyran, c. de incestis.

^c Forsan et.

^d Mendose, alium.

^e Idem videtur hoc loco nubere quod coire.

^f Ita Ms.

^g Lectio corrupta.

^h Forte legendum: 55, q. 2, c. 3, dicitur de pro-
pinquis qui ad affinitatem per virum et uxorem veniunt,
definiciu uxore, vel viro, in quinta, etc., nam sequen-

duxerit [induat]. Si quis intrat ad ancillam suam, A venundet eam, et anno uno paeniteat; si genuerit filium ex ea, liberet eam. Mulier adultera, tribus annis paeniteat. Mulier seipsa coitum habens, tribus annis paeniteat; mulieres vero quæ fornicantur, et partus suos negant, sed et si quid agant secundum uteros [utero] conceptos discutiant, x annis paeniteant. Si mulier cum muliere, tribus annis paeniteat. Si quis masculus, vel si quæ mulier, votum habens virginitatis, jungitur uxori..... non dimittat uxorem, sed paeniteat tribus annis. Vota stulta frangenda sunt et importabilia. Mulieri non licet votum vovere sine licentia viri: sed si voverit, dimittit potest, et paeniteat iudicio sacerdotis. Sacerdos si osculatus est seminam per desiderium, viginti dies paeniteat; si per cogitationem semen fuderit, septem dies paeniteat. Mulier si duobus fratribus nupserit..... eam debere usque ad mortis.... quam in extremis suis sacramento reconciliare oportet; ita tamen ut si forte sanitatem recuperaverit, matrimonio soluto, ad paenitentiam admittatur; quod si defuncta fuerit mulier hujusmodi consortio constituta, dissolvatur a paenitentia rerouimenti: quam sententiam tam viri quam mulieres tenere debent. Puellæ quæ non parentum coacte imperio, sed spontaneo iudicio, virginitatis propositum alique habitum suscepserunt, si postea nuptias diligunt^a pretia ineatur, etiamsi consecratio non accesserit cuius utique non b fraudatur munere, si in proposito permanerent.

CAPUT IV.

De furto et injustis rapinis, seu invasionibus, etc.

Pecunia ecclesiastica furata reddunt quadruplum; popularia duplicantur. Si quis aliquid de ministerio sanctæ Ecclesie furaverit, aut neglexerit, octo annis paenitentiat, tribus ex his in pane et aqua, et reddat integrum quod abstulit. Si quis furtum fecerit, si puer, quadraginta vel viginti, et ut actas est, et qualitas eruditioris; laici anno uno, clerici duobus, subdiaconi tribus, diaconi quatuor, presbyteri quinque, episcopi sex annis paeniteant. Si laicus semel furtum fecerit, reddat quod furavit, et in tribus Quadragesimis cum pane et aqua paeniteat. Si sapientius fecerit et non habet unde reddat, annis duobus in pane et aqua paeniteat, et alio anno tribus Quadragesimis, et sic postea in Pascha reconcilietur. Qui saepè furtum faciebat, quatuor annis paeniteat, vel ut sacerdos iudicat, juxta quod componi potest quibus nocuit, et semper debet reconciliari ei quem offendebat, et restituere juxta quod ei nocuit, et multum breviabit paenitentiam ejus; si vero noluerit, aut non potest, constitutum tempus paeniteat per omnia. Puer deceum annorum aliquod furtum commedens, septem dies paeniteat: qui furatur cibum, quadraginta dies paeniteat.

nunc totam Hiberniam, nunc quedam loca sancta cilicio et linea sacco vestiti circumibant.

^a Forsan, paeniteant.

^b Forsan, fraudarentur.

^c Decess videtur: flagellis, reberibus, aut superpositionibus paeniteat.

^d Hoc est, qui vel seduxerit monachum aut fur-

A Si iterum, tribus Quadragesimis; si tertio, anno paeniteat; si quarto, iugis exilio sub alio abbate paeniteat. Si laicus monachum d sursum duxerit, aut intret monasterio, vel humano subjectetur servitio. Si quis servum aut quemcumque hominem quolibet ingenio in captivitatem duxerit, aut transmiserit, tribus annis paeniteat in pane et aqua. Si quis patrem aut matrem expulerit, impius, vel saerilegus judicandus est, et paeniteat aequali tempore, quandiu in impietate existiterit. Qui præbent ducatum barbaris, si basilicas incenderint, et si clericum, sive sanctimoniale bonos occiderint, et innocentes ab ecclesia traxerint, duxor quatuordecim annis paeniteat. Peccuniae quæ in alia provincia ab hoste rapta fuerint, id est regno alio superato, tertia pars ad ecclesiam B tribuetur, vel pauperibus quod iussio regis erat, et quadraginta dies paeniteat. Si quis domum vel aream cujuscumque igne cremaverit, tribus annis paeniteat, unum ex iis in pane et aqua.

CAPUT V.

De perjurio, et mendacio, etc.

Si quis perjurium fecerit, laici tribus annis paeniteant, clerici quinque, subdiaconi sex, diaconi septem, presbyteri decem, episcopi duodecim. Qui perjurium facit in ecclesia, undecim annis paeniteat. Si in manu episcopi, presbyteri, aut diaconi, seu in altari vel cruce consecrata mensitus fuerit, tribus annis paeniteat; si in cruce non consecrata, uno anno paeniteat. Si quis laicus per cupiditatem perjurat, C totas res suas vendat et donet^f in pauperibus, et conversus in monasterio usque ad mortem servat Deo; si autem non per cupiditatem,^g mortis periculum incurrit, tribus annis inermis oxul paeniteat in pane et aqua, et duas abstineat Quadragesimas et a vino et carnis, et dimittat pro se servum aut ancillam^h vivum et per undecim annos eleemosynam faciat, et post septem annos iudicio sacerdotis communicet; qui vero [si vero] necessitate coactus sit, tribus Quadragesimis. Qui dicit alium in perjurio ignoravisse, sepem annis paeniteat; qui dicitus est in perjurio ignorans, et postea recognoscit, anno uno paeniteat. Qui vero suspicatur quod in perjurio dicitur, tamen iurat per consensum, duabus annis paeniteat. Pro falso testimonio, laici uno anno, clerici duobus, subdiaconi tribus, diaconi quatuor, presbyteri quinque, episcopi sex annis paeniteant. Si quis falsitatem commiserit, septem annis paeniteat; tres ex his in pane et aqua; qui autem conquererit, quaque ultimis paeniteat. Falsum testimonium dicere, si placeat proximo suo, primo quale fratri imposuisse damnetur, iudicio sacerdotis. Mendax vero per ignorantiam, et non nocuit, consuleatur ei cui mentitus est, et sacerdoti et hora tacendi [silentio] quis-

tur in servum, aut venundandum, ipse in pauperitatem monachus fiat, aut servus.

^e Debet forsitan, vel alios.

^f Forsan, Deo in pauperibus.

^g Forsan, sed quia alioquin.

^h Forsan, unum.

hora] dimitetur, vel duodecim psalmos cantet. Si vero de industria, tribus diebus facendi, vel triginta psalmos ^a praest. Mendax vero per cupiditatem, placeat largitate ei cui frustravit.

CAPUT VI.

De homicidio et sanguinis effusione, etc.

Qui voluntarie homicidium fecerint, ad poenitentiam se jugiter submittant; circa exitum autem vitæ communione digni habeantur, qui non voluntarie, sed casu homicidium perpetravit, quinque annis poeniteat. Mulieres quæ fornicantur, et ^b partus suos, et ea quoque agunt, ut uteros [utero] conceptos rejiciant, antiqui Patres instituerunt usque ad extremum vitæ; nunc humanius definitum est, decem annis poeniteat. Si quis occiderit monachum vel clericum, arma relinquat, et Deo serviat, vel secundum judicium episcopi septem annis poeniteat. Qui autem episcopum vel presbyterum occidit, regis judicium est de eo ^c. Si laicus alium occiderit, odii meditatione, si non vult arma relinquere, septem annis poeniteat sine carne et vino. Qui occiderit hominem, quadraginta dies abstineat se ab ecclesia, et postea suprascriptam poenitentiam agat. Qui jussione domini sui hominem occiderit, quadraginta dies jejunet; et qui occiderit hominem in publico bello cum rege, quadraginta dies poeniteat. ^d Si per poculum vel artem aliquam malam, septem annis poeniteat, aut plus; si mater filium suum occiderit, quindici annis poeniteat, et nunquam ^e permittet, nisi in die Dominica: mulier pauperia septem annis poeniteat. C Muier, si occiderit filium suum in utero ante quadragesimam diem, anno poeniteat; si vero post quadragesima dies conceptionis, ut homicida tribus annis poeniteat. Si quis clericus homicidium fecerit, decem annis poeniteat exsul; tribus in pane et aqua. Si quis homicidium casu fecerit non volens, quinque annis poeniteat; tribus ex iis in pane et aqua. Si ad homicidium consenserit, et factum fuerit, septem annis poeniteat: si voluerit et non potuerit, tribus annis poeniteat. Si quis homicidium fecerit, laici tribus, clerici quinque, subdiaconi sex, diaconi septem, presbyteri decem, episcopus duodecim annis, poeniteant. Si laicus proximum suum occiderit, quinque annis poeniteat exsul. Si quis alium per iram percussit et sanguinem effuderit, quindecim dies in pane et aqua poeniteat: si diaconus, sex menses; presbyter, anno poeniteat. Cujus parvulus in negligentia sine baptismo fuerit mortuus, tribus annis poeniteat; unum ex iis in pane et aqua. Si laici infans suum oppresserint, anno uno in pane et aqua poeniteant, et duos a vino et carne abstineant se..... tempus

^a Forsan, si presbyter est.

^b Supple interimunt, nam sermo de abortu ante et parricidio post partum.

^c Citat leges patrias Breathia Nemhead dicas.

^d Si poculum venenum, vel artem maleficam, etc.

^e Ita Ms.

^f Ultra impensas medicorum etiam debet satisfacere vulnerato pro modo agritudinis.

^g Sic legendum, non quantum ille.

A poenitentis. Si mulier abortum fecerit voluntarie, tribus annis in pane et aqua. Qui per rixam, debiliter vel deformem hominem fecerit, ^h reddat impensas medicis, agritudinem restituat, et medium annum poeniteat in pane et aqua: si non habuerit unde reddat, uno poeniteat. Si laicus per scandalum sanguinem effuderit, reddat illi tantum, quantum nocuit; et si non habet unde reddat, solvat opera proximi sui, ⁱ quandiu ille infirmus est, et postea quadraginta dies poeniteat in pane et aqua. ^j Qui jactum proximo suo dederit, et non nocuit, una vel duobus vel tribus Quadragesimis in pane et aqua: si clericus, annum vel dimidium. Si quis quodlibet membrum voluntate sua truncaverit, tribus annis poeniteat, unum ex his in pane et aqua. Parvuli invicem percutientes, septem diebus poeniteant; si vero adolescentes, quadraginta dies poeniteant. Si quis per vindictam fratris, hominem occiderit, tribus annis poeniteat. Si componit propinquos, dimidium spatium. Qui præbent ducatum barbaris, tribus annis poeniteant, si non acciderit strages Christianorum; si vero in iactis, usque ad mortem, mundo mortui Deo vivant. Si quis proprium servum sine ^k conscientia proprii judicis occiderit, ^l et communione, biennio ^m effusione sanguinis emundabitur. Infans infirmus et paganus, commendatus presbytero, si moritur, presbyter deponatur; si negligentia parentum sit, uno anno poeniteat.

CAPUT VII.

De maleficio, et beneficio, etc.

D Si quis maleficio suo aliquem perdididerit, septem annis poeniteat, tribus ex his in pane et aqua. Si quis per amorem veneficus sit, et neminem perdididerit, si laicus est, uno anno poeniteat in pane et aqua; si subdiaconus duobus, diaconus tribus, unum ex his in pane et aqua; si sacerdos, quinque, unum ex his in pane et aqua, et laici dimidium annum poeniteant, maxime si per hoc mulieris partum quisquam deceperit, tres annos unusquisque superaugeat in pane et aqua, ne homicidii reus sit. Si quis sacrilegium fecerit, id est, quod aruspices vocant, qui ⁿ auguria colunt per aves, aut ^o quocunque augurarent, tribus annis poeniteat, unum ex his in pane et aqua: si quis, ut vocant, sortes sanctorum, quas contra rationem vocant, vel alias sortes habuerit, vel qualecumque ingenio sortitus fuerit, vel veneraverit, tribus annis poeniteat, unum ex his in pane et aqua. Si quis per ariolos, quos divinos vocant, aliquas divinationes fecerit, quia et hoc dæmonicum est, quinque annis poeniteat; tribus ex his in pane et aqua.

^h Id est, qui telo aut hasta jacula nocere conatur.

ⁱ Acciderit, renuntiantes mundo, religioni perpetua abdicantur.

^j Id est, consensu.

^k Deest hic aliquid.

^l Deest forsitan pro, vel ab.

^m Scilicet absque baptismo et sacramentis debilitis.

ⁿ Mendose Cod. auria.

^o Quoniam docunq; auguraverint.

* Si quis ad arbores et ad fontes, aut ad angulos ubicunque, nisi ad ecclesiam Dei vota voverit, aut solverit, tribus annis poeniteat, uno ex his in pane et aqua; et qui ibidem ederit aut biberit, uno anno poeniteat. Si quis mathematicus fuerit, per invocationem dæmonum, mentes tulerit, quinque annis poeniteat, tribus ex his in pane et aqua. Si quis immiser tempestatum fuerit, septem annis poeniteat, tribus ex his in pane et aqua. Si quis ^b Kalendis Januarii in cervulo et in ^c verula vadit, tribus annis poeniteat qui hoc dæmonum est: si quis ad fanum communicaerit, quadraginta diebus in pane et aqua poeniteat, et si iterum serviendo per cultum hoc fecerit, tribus annis poeniteat. Dæmonem sustinens, licet petras vel olera habere sine incantatione. Si qua mulier divinationes vel incantationes diabolicas fecerit, uno anno vel tribus Quadragesimæ quadraginta dierum juxta qualitatem culpæ poeniteat. Qui immolat dæmonibus in minimis, uno anno poeniteat; qui in magnis, decem. Si qua mulier filium aut filiam super tectum pro sanitate posuerit, vel in fornace, octo annis poeniteat: similiter et qui grana arserit, ubi mortuus est homo, et pro sanitate juvencum, et damas [offerit], duobus annis poeniteat.

De canone Ancyrano, unde supra, num. 24.

Qui auguria auspicioaque, sive somnia, vel divinationes quilibet secundum morem gentium obseruaverint, aut in domibus hujusmodi homines introducunt, in exquirendis aliqua arte maleficis, aut ut domos suas lustrent, immundi isti, si de clero sint, abjiciantur: si vero sacerulares, confessi poenitentiam agant quinquennio secundum regulas antiquitus constitutas. Qui cibum immolatum comedenter, deinde confessus fuerit, sacerdos considerare debet personam, aetatem, vel quomodo edocitus, aut qualiter contigerit, et ita auctoritas sacerdotalis circa insimum moderetur: et hoc modo in poenitentia et confessione semper omnia in quantum Deus adjuvarat dignatur, cum omni diligentia conservetur.

CAPUT VIII.

De usura et cupiditate et inhospitalitate, etc.

Si quis usuras undecunque exegerit, quatuor annis poeniteat, uno ex his in pane et aqua; si permaneat in avaritia, ^d alienetur. Quicunque hospites non recipit in domo sua, sicut Dominus præcepit et regia coelorum promisit, ubi dicit: *Venite, benedicti Patris mei: quanto tempore hospites non receperit et mandata evangelica non adimplevit, nec pedes lavavit, neque eleemosynam fecit, tanto tempore poeniteat in pane et aqua;* si non emendatus thesaurizans superflua in crastinum tempus per ignorantiam, tribuat illa pauperibus: si autem per contemptum arguentum, eleemosyna et jejunio sanetur iudicatio sacerdotis. Permanent autem in avaritia, alienetur. Qui repetit auferenti quæ sua sunt contra interdictum,

* Sermo est de superstitione cultu rerum aut locorum quæ diis gentilibus dicantur.

^b Dies sunt gentilium superstitionibus consecrati, ut habeat Usuardus in prolog. Martyrolog.

* Forsan, vetula, seu vitula.

A tribuat indigentibus quæ repellit. Clericus habens superflua, donet ea pauperibus; sin autem, excusat: si autem post poeniteat, tempore quo vivit in contradictione, in poenitentia semotus vivat. Si quis cupidus, aut avarus, aut superbus, aut ebriosus, aut fratrem suum odio habuit, vel his similia, tribus annis poeniteat, et juxta vires suas eleemosynas faciat.

CAPUT IX.

De ira, maledicto, invidia, etc.

Qui fratrem contristat juste vel injuste, conceptum rancorem ejus satisfacione ^e et sic postea orare; si autem impossibile recipi ab eo, sic tamen poeniteat iudicio sacerdotis; is autem qui non recipit eum, quanto tempore implacabilis sit, tanto cum pane et aqua vivat homicida ille. Qui odit fratrem suum, quandiu non repellit odium, tandi cum pane et aqua sit; et ei quem odit, charitate non ficta ^f compellatur. Fratrem eum furore maledicens, cui maledixerit placeat, et septem dies poeniteat remotus cum pane et aqua. Qui verba acerbiora in furore, non tamen injuriosa, protulerit, satisfaciens fratri superponat: si autem cum pallore, ^g rubore, uno die cum pane et aqua poeniteat; qui in mente tantum sensit commotionem, satisfaciat ei qui illum commovit; qui vero non vult confiteri ei qui se commovit, absindatur pestifer ille a coetu sanctorum; qui si poenitet, quanto tempore ^h contradicit, tanto tempore poeniteat. Qui diu amaritudinem corde retinet, hilari vultu et læto corde sanetur: si autem non cito eam deponit, jejuno, sacerdotis iudicio, emendetur; si autem iterat, absindatur, donec alacer lætusque cum pane et aqua cognoscat delictum suum. Invidus satisfaciat ei cui invidit; si autem nocuerit ei, et largitione placeat, et poeniteat. Qui causa invidiae detrahitur, vel libenter audit detrahente, tribus diebus in pane et aqua separetur; si vero de eo qui præest, septem sic poeniteat, et serviat ei libenter de reliquo; sed, ut quidam ait, non est detrahere, verum dicere, secundum Evangelium: *Corripe illum inter te et ipsum solus prius, et post haec, si te non audierit, dic Ecclesiæ (Math. xii).* Si vero verbositatem diligens fratri derogat, uno die vel duos dies tacens poeniteat; si autem fabulationem, duodecim psalmos cantet. Male non recipientium sanitatem retractans, ne caeli eis consentiant, vel vituperatione mala boni confirmanti obtentu, aut lugubri miseratione, medicus estimandus. Si ista tria defuerint, detractor trigesimus psalmos in ordine cantet: laici septem diebus, clericus duas hebdomadas, subdiaconus tres, diaconus quartuor, presbyter quinque, episcopus sex. Si quis cum alio iram tenet in corde, ut homicida judicetur; si non vult reconciliari fratri suo, quem odio habet, tandi in pane et aqua poeniteat usque reconciliatur ei.

^d Id est, separetur a communione fidelium.

^e Deest salagai dimovere, vel quid simile.

^f Deest reconciliari, vel quid simile.

^g Forsan, aut.

^h Forsan, contradixit.

CAPUT X.

De acedia, etc.

Otiosus, opere extraordinario oneretur, somnolentus vigilia propensiore; idem tribus vel septem psalmis occupetur; vagans, instabilisque, mansione unius loci [et] operis sedulitate sanetur.

CAPUT XI.

De superbia, etc.

Qui superbia cæteros qualibet despectione arguit, primo satisfaciat eis, deinde jejunet judicio sacerdotis; contentiosus etiam alterius sententiae se subdat; si autem, anathematizetur ut regno Domini est alienus. Jactans in suis beneficiis, se humiliet; alioquin quid [quod] boni fecerit humanæ gloriae causa perdet, malarum cogitationum indulgentia ^a est; si opere non compleantur, et consentiat. Qui aliquam novitatem extra Scripturam vel hæresim præsumperit, alienetur; si autem pœnitent, suam publice sententiam damnet, et quos decepit, ad fidem convertat, et jejunet judicio sacerdotis; qui autem de industria cuicunque seniori flecti dignatur, cœna caret: inobediens maneat extra cibum, et pulset humiliter donec recipiat; quantoque tempore inobediens fuit, tanto in pane et aqua sit. Blasphemus etiam simili decreto sanetur, et opus ejus abijiciatur, cum semipane debito, et aqua, ^b quod inaneat dilatus et dilator consumili persona, si dilatus negaverit ante simul pœnitent in unaquaque hebdomada duobus diebus in pane et aqua, et bidentalia [biduo] in fine uniuscuusque mensis, omnibus fratribus supponentibus, et Dominum eis judicem fore contestantibus. Permanentes in obstinatione, anno emisso, altaris communione sub judice flammia socientur, et Dei judicio relinquantur; si quando alter fuerit confessus, quantum alter alteri laboris intulerit, tantum sibi multiplicetur. Qui abbatii excusationem prætendit, vel oœconomis, vel ministris ignorantia regulæ, uno die pœnitent: si vero gravius, superponat. Reticens peccatum fratris quod ad mortem, arguet eum cum fiducia, et quanto tempore reticuit, tanto cum pane et aqua vivat; si peccatum parvum reticuit, arguet quidem eum, sed psalmis sive jejunio judicio sacerdotis pœnitent. Qui alios proterve arguit, leniat eos primo, et tringinta psalmos cantet. Qui peccatum pudendo fratri imputat, priusquam seorsim arguet eum, satisfaciens ei, tribus diebus pœnitent. Qui solus cum sola loquitur, vel sub eodem tecto in nocte manet, cœna caret; si vero post interdictum, quadraginta dies

^a Forsan, etsi.

^b Forsan: Pœnitent delatus et delator consumili pœnitentia, si delatus negaverit ante judicem aut senorem.

^c Forsan, delaturus fuerit quid.

^d Lege communicaret. Hoc loco non tam condemnat traditionem illam Hibernis usitatam olim quam hæresim Quartadecimotorum a concilii damnatam.

* Per hoc indicat baptizatum ab hæretico denuo sub conditione baptizandum, quia recte præsumi po-

A in pane et aqua pœnitent. Si quis ^e delatus fecerit, quid detestabile, tribus annis pœnitent in pane et aqua. Si quis laicus per ignorantiam cum hæreticis communicaverit, stet inter catechumenos, id est, separatus ab Ecclesia xl diebus, et aliis xl in eremis pœnitent, et sic culpam suam diluat: si vero postquam illi sacerdos prædicaverit, ut cum hæretico non d communicaverit, et iterum fecerit, uno anno pœnitent, et tribus Quadragesimis, et tribus annis abstineat se a vino et carne. Si quis ab hæreticis ordinatus fuerit, iterum debet ordinari, si non reprehensibilis fuerit; sin minus, deponi oportet. Si quis a catholica Ecclesia ad hæresim transierit, et postea reversus, non potest ordinari nisi per longam abstinentiam, aut pro magna necessitate. Hunc

B Innocentius papa, nec post pœnitentiam clericum fieri, canonum auctoritate asserit permitti. Si quis contempserit Nicænum concilium, et fecerit Pascha cum Judæis decima quarta luna, exterminabitur ab omni Ecclesia, nisi pœnitentiam egerit ante mortem. Si autem oraverit cum illo quasi cum clero catholico, hebdomadæ pœnitent; si vero neglexerit, xl dies pœnitent prima vice. Si quis hortari voluerit hæresim eorum, et non egerit pœnitentiam, similiter et ille exterminabitur, Domino dicente: Qui mecum non est, contra me est (Matth. xii). Si quis baptizatur ab hæretico, qui recte Trinitatem non ^f credit, iterato baptizetur. Si quis dederit aut accepit communionem de manu hæretici, et nescit quod catholica Ecclesia contradicat, postea intelligens, tres annos integros pœnitent; si autem scit, et neglexerit, et postea pœnitentiam egerit, decem annos pœnitent. Alii judicant septem, et humanius quinque annis pœnitent. Si quis permiserit hæretico missam suam celebrare in ecclesia catholica, et nescit, xl diebus pœnitent; si pro reverentia, ^[aut] metu, is annum integrum pœnitent. Si per damnationem ^g humilationem Ecclesiæ catholicae et consuetudinis Romanorum, projiciatur ab Ecclesia sicut hæreticus, nisi habeat pœnitentiam; si habuerit, decem annis pœnitent; si recesserit ab Ecclesia catholica in congregationem hæreticorum, et alias persuaderet, et postea pœnitentiam egerit, duodecim annis pœnitent, quatuor annis extra ecclesiam, et sex inter auditores, et duobus adhuc extra communionem. De

D his in canone dicitur: Decimo anno communionem sine oblatione recipient. Si episcopus aut abbas juhet monacho suo pro hæreticis missam cantare, non licet et non expedit obedire ei; si presbytero contigerit, ubi missam cantaverit, et alius recitaverit po-

test de hæretico quod non utatur substantia formæ, vel aliis requisitis, prout nostris adhuc temporibus eadem ex causa facientium dæcrevit synodus Mechliniensis, tit. iii de sacram. baptismi, c. 6, celebrata Mechliniæ, 6 Junii an. 1607. Vel potest intelligi Cum euanus de hæretico non credente ex terra Trinitatis confessione hoc mysterium, sine cuius expressione non valet baptismus a tali collatus, et debet iterari, veluti non cum debita forma collatus.

^e Deest forsitan aut vel et.

* Si quis ad arbores et ad fontes, aut ad angulos ubi-
cumque, nisi ad ecclesiam Dei vota voverit, aut sol-
verit, tribus annis poeniteat, uno ex his in pane et
aqua; et qui ibidem ederit aut biberit, uno anno
poeniteat. Si quis mathematicus fuerit, per invocatio-
nem dæmonum, mentes lulerit, quinque annis poe-
niteat, tribus ex his in pane et aqua. Si quis immis-
ser tempestatum fuerit, septem annis poeniteat, tribus
ex his in pane et aqua. Si quis ^b Kalendis Januarii in
cervulo et in ^c verula vadit, tribus annis poeniteat
quis hoc dæmonum est: si quis ad fanum communi-
caverit, quadraginta diebus in pane et aqua poe-
niteat, et si iterum serviendo per cultum hoc fecerit,
tribus annis poeniteat. Dæmonem sustinens, licet
petras vel olera habere sine incantatione. Si qua mu-
lier divinationes vel incantationes diabolicas fecerit,
uno anno vel tribus Quadragesimis quadraginta die-
rum juxta qualitatem culpe poeniteat. Qui immolat
dæmonibus in minimis, uno anno poeniteat; qui in
magnis, decem. Si qua mulier filium aut filiam super
tectum pro sanitate posuerit, vel in fornace, octo
annis poeniteat: similliter et qui grana arserit, ubi
mortuus est homin, et pro sanitati juvencum, et da-
was [offer], duobus annis poeniteat.

De canone Ancyrano, unde supra, num. 24.

Qui auguria auspicioaque, sive somnia, vel divina-
tiones quaslibet secundum morem gentium obser-
vaverint, aut in donib[us] hujusmodi homines intro-
ducunt, in exquirendis aliqua arte maleficis, aut ut
domos suas lusirent, immundi isti, si de clero sint,
abjiciantur: si vero sacerdotes, confessi poenitentiam
agant quinqueannio secundum regulas antiquitus con-
stitutas. Qui cibum immolatum comedenter, deinde
confessus fuerit, sacerdos considerare debet perso-
nam, aetatem, vel quomodo edoctus, aut qualiter
contigerit, et ita auctoritas sacerdotalis circa insi-
rium moderetur: et hoc modo in poenitentia et con-
fessione semper omnino in quantum Deus adjuvar-
digatur, cum omni diligentia conservetur.

CAPUT VIII.

De usura et cupiditate et inhospitalitate, etc.

Si quis usuras undecunque exegerit, quatuor an-
nis poeniteat, uno ex his in pane et aqua; si perma-
neat in avaritia, ^d alienetur. Quicunque hospites non
recipit in domo sua, sicut Dominus præcepit et re-
gina eolorum promisit, ubi dicit: *Venite, benedicti
Patris mei: quanto tempore hospites non recepit et
mandata evangelica non adimplevit, nec pedes lava-
vit, neque eleemosynam fecit, tanto tempore poe-
niteat in pane et aqua; si non emendatus thesaaurizans
superflua in crastinum tempus per ignorantiam, tri-
buat illa pauperibus: si autem per contemptum ar-
gentum, eleemosyna et jejunio sanetur iudicio
sacerdotis. Permanentis autem in avaritia, alienetur.
Qui repetit auferenti quæ sua sunt contra interdictum,*

* Sermo est de superstitione cultu rerum aut lo-
cum quæ diis gentilibus dicantur.

^b Dies sunt gentilium superstitutionibus consecrati,
ut habeat Ursardus in prolog. Martyrolog.

* Forsan, vetula, scu vitula.

A tribuat indigentibus quæ repetivit. Clericus habens
superflua, donet ea pauperibus; si autem, execu-
municetur: si autem post poeniteat, tempore quo-
vixit in contradictione, in poenitentia semel vivat.
Si quis cupidus, aut avarus, aut superbus, aut ebrio-
sus, aut fratrem suum odio habuit, vel his similia,
tribus annis poeniteat, et iuxta vires suas eleemosy-
nas faciat.

CAPUT IX.

De ira, maledicto, invidia, etc.

Qui fratrem contristat juste vel injuste, concepsum
rancorem ejus satisfacione * et sic postea orare; si
autem impossibile recipi ab eo, sic tamen poeniteat
iudicio sacerdotis; is autem qui non recipit eum,
quanto tempore implacabilis sit, tanto cum pane et
aqua vivat homicida ille. Qui odit fratrem ^b suum,
quandiu non repellit odium, tandin cum pane et aqua
sit; et ei quem odit, charitate non facta ^c compelle-
tur. Fratrem eum furore maledicens, cui maledixerit
placeat, et septem dies poeniteat remotus cum pane
et aqua. Qui verba acerbiora in furore, non tamen
injuriosa, protulerit, satisfaciens fratri superponat:
si autem cum pallore, & rubore, uno die cum pane et
aqua poeniteat; qui in mente tantum sensit commo-
tionem, satisfaciat ei qui illum commovit; qui vero
non vult confiteri ei qui se commovit, absindatur
peccator ille a coetu sanctorum; qui si poenitet, quanto
tempore ^b contradicit, tanto tempore poeniteat. Qui
diu amaritudinem corde retinet, hilari vultu et laetio
corde sanetur: si autem non cito eam deponit, jeju-
^c nio, sacerdotis iudicio, emendetur; si autem iterat,
absindatur, donec alacer laetusque cum pane et aqua
cognoscat delictum suum. Invidus satisfaciat ei cui
invidit; si autem nocuerit ei, et largitione placeat, et
poeniteat. Qui causa invidiae detrahit, vel libenter au-
dit detrahenteum, tribus diebus in pane et aqua se-
paretur; si vero de eo qui præest, septem sic poen-
iteat, et serviat ei libenter de reliquo; sed, ut quidam
ait, non est detrahere, verum dicere, secundum
Evangelium: *Corripe illum inter te et ipsum solus
prius, et post haec, si te non audierit, dic Ecclesi-*
(Matth. xii). Si vero verbositatem diligens fratri de-
roget, uno die vel duos dies lacens poeniteat; si autem
fabulationem, duodecim psalmos cantet. Ma-
nus non recipientium sanitatem retractans, ne caelestis
eis consentiant, vel vituperatione mala boni confi-
mandi obtentu, aut lugubri miseratione, medicus es-
timentandus. Si ista tria defuerint, detractor trigesimi
psalmos in ordine cantet: laici septem diebus, clerici
duas hebdomadas, subdiaconus tres, diaconus qua-
tuor, presbyter quinque, episcopus sex. Si quis cu-
lio iram tenet in corde, ut homicida judicetur; s
i non vult reconciliari fratri suo, quem odio habet
tandiu in pane et aqua poeniteat usque reconcilio-
tur ei.

^d Id est, separetur a communione fideliuum.

* Deest salagat dimovere, vel quid simile.

^c Deest reconciliari, vel quid simile.

^a Forsan, aut.

^b Forsan, contradixit.

CAPUT X.

De acedia, etc.

Otiosus, opere extraordinario oneretur, somnolentus vigilia propensiore; idem tribus vel septem psalmis occupetur; vagans, instabilisque, mansione unius loci [et] operis sedulitate sanetur.

CAPUT XI.

De superbia, etc.

Qui superbia cæteros qualibet despectione arguit, primo satisfaciat eis, deinde jejunet judicio sacerdotis; contentiosus etiam alterius sententiae se subdat; si autem, anathematizetur ut regno Domini est alienus. Jactans in suis beneficiis, se humiliet; alioquin quid [quod] boni fecerit humanæ gloriae causa perdet, malarum cogitationum indulgentia ^a est; si opere non compleantur, et consentiat. Qui aliquam novitatem extra Scripturam vel hæresim præsumperit, alienetur; si autem poeniteat, suam publice sententiam damnet, et quos decepit, ad fidem convertat, et jejunet judicio sacerdotis; qui autem de industria cuicunque seniori flecti dignatur, cœna careat: inobediens maneat extra cibum, et pulsat humiliter donec recipiatur; quantoque tempore inobediens fuit, tanto in pane et aqua sit. Blasphemus etiam simili decreto sanetur, et opus ejus abiciatur, cum semipane debito, et aqua, ^b quod inaneat dilatus et dilator consimili persona, si dilatus negaverit ante simul poeniteant in unaquaque hebdomada duobus diebus in pane et aqua, et bidentalia [biduo] in fine uniuscujusque mensis, omnibus fratribus supponentibus, et Dominum eis judicem fore contestantibus. Permanentes in obstinatione, anno emissio, altaris communione sub judice flammae socientur, et Dei judicio relinquantur; si quando alter fuerit confessus, quantum alter alteri laboris intulerit, tantum sibi multiplicetur. Qui abbatii excusationem prætendit, vel œconomis, vel ministris ignorantia regulæ, uno die poeniteat: si vero gravius, superponat. Reticens peccatum fratris quod ad mortem, arguet eum cum fiducia, et quanto tempore reticuit, tanto cum pane et aqua vivat; si peccatum parvum reticuit, arguet quidem eum, sed psalmis sive jejunio judicio sacerdotis poeniteat. Qui alios proterve arguit, leniat eos primo, et triginta psalmos cantet. Qui peccatum pudendo fratri imputat, priusquam seorsim arguet eum, satisfaciens ei, tribus diebus poeniteat. Qui solus cum sola loquitur, vel sub eodem tecto in nocte manet, cœna careat; si vero post interdictum, quadraginta dies

^a Forsan, etsi.^b Forsan: Pœniteant delatus et delator consimili poenitentia, si delatus negaverit: ante judicem aut se non em.^c Forsan, delaturus fuerit quid.^d Lege communicaret. Hoc loco non tam condemnat traditionem illam Hibernis usitatam olim quam hæresim Quartadecimanorum a conciliis damnatam.^e Per hoc indicat baptizatum ab hæretico denuo sub conditione baptizandum, quia recte præsumi po-

A in pane et aqua pœnitentiat. Si quis ^a delaturas fecerit, quid detestabile, tribus annis pœnitent in pane et aqua. Si quis laicus per ignorantiam cum hæreticis communicaverit, stet inter catechumenos, id est, separatus ab Ecclesia xl diebus, et aliis xl in eremis pœnitent, et sic culpam suam diluat: si vero postquam illi sacerdos prædicaverit, ut cum hæretico non ^b communicaverit, et iterum fecerit, uno anno pœnitentiat, et tribus Quadragesimis, et tribus annis abstineat se a vino et carne. Si quis ab hæreticis ordinatus fuerit, iterum debet ordinari, si non reprehensibilis fuerit; sin minus, deponi oportet. Si quis a catholica Ecclesia ad hæresim transierit, et postea reversus, non potest ordinari nisi per longam abstinentiam, aut pro magna necessitate. **B** Innocentius papa, nec post pœnitentiam clericum fieri, canonum auctoritate asserit permitti. Si quis contempserit Nicænum concilium, et fecerit Pascha cum Judæis decima quarta luna, exterminabitur ab omni Ecclesia, nisl pœnitentiam egerit ante mortem. Si autem oraverit cum illo quasi cum clero catholico, hebdomadæ pœnitent; si vero neglexerit, xl dies pœnitent prima vice. Si quis hortari voluerit hæresim eorum, et non egerit pœnitentiam, similiter et ille exterminabitur, Domino dicente: Qui mecum non est, contra me est (*Matth. xii.*). Si quis baptizatur ab hæretico, qui recte Trinitatem non ^c credit, iterato baptizetur. Si quis dederit aut accepit communionem de manu hæretici, et nescit quod catholica Ecclesia contradicat, postea intelligens, tres annos integros pœnitent; si autem scit, et neglexerit, et postea pœnitentiam egerit, decem annos pœnitent. Allii judicant septem, et humanius quinque annis pœnitent. Si quis permiserit hæretico missam suam celebrare in ecclesia catholica, et nescit, xl diebus pœnitent; si pro reverentia, ^d aut metu, is annum integrum pœnitent. Si per damnationem ^e humiliationem Ecclesiæ catholicae et consuetudinis Romanorum, projiciatur ab Ecclesia sicut hæreticus, nisi habeat pœnitentiam; si habuerit, decem annis pœnitent; si recesserit ab Ecclesia catholica in congregationem hæreticorum, et alias persuaderet, et postea pœnitentiam egerit, duodecim annis pœnitent, quatuor annis extra ecclesiam, et sex inter auditores, et duobus adhuc extra communionem. De his in canone dicitur: *Decimo anno communionem sine oblatione recipient.* Si episcopus aut abbas jubet monacho suo pro hæreticis missam cantare, non licet et non expedit obedire ei; si presbytero contigerit, ubi missam cantaverit, et alias recitaverit po-

test de hæretico quod non utatur substantia formæ, vel aliis requisitis, prout nostis adhuc temporibus eadem ex causa facientium decrevit synodus Mechliniensis, tit. iii de sacram. baptismi, c. 6, celebrata Mechliniæ, 6 Junii an. 1607. Vel potest intelligi Cuneianus de hæretico non credente ex terra Trinitatis confessione hoc mysterium, sine cuius expressione non valet baptismus a talib[us] collatus, et debet iterari, veluti non cum debita forma collatus.

^f Deest forsitan aut vel et.

mina mortuorum, et simul nominaverit hereticos cum catholicis, post missam intellexerit, hebdomada pœnitentia; si frequenter fecerit, integrum annum pœnitentia. Si quis autem pro morte heretici missam ordinaverit, et pro legione [religione] sua reliquias sibi tenuerit, quia multum jejunaverit, et nescit differentiam catholicæ fidei, et Quartadecimorum, et postea intellexerit, pœnitentiamque egreditur, reliquias debet igne cremare, et uno anno pœnitentia; si autem seit et neglexerit pœnitentiam, communius decem annis pœnitentia. Si autem a fide Dei discesserit sine ulla necessitate, et postea ex toto animo pœnitentiam accipit, tribus annis extra ecclesiam, id est, inter audientes, iterum renato iuxta Nicænum concilium, septem annis in ecclesia inter pœnitentes, et duos annos adhuc extra communionem.

CAPUT XII.

De baptismo reiterato et opere scripsi in festis, etc.

Qui bis baptizati sunt ignorantes, non indigent pro eo pœnitentia, nisi quod secundum canones non possunt ordinari nisi pro magna necessitate. Qui autem non ignorant utrum baptizati sunt, quasi iterum Christi crucifixient, septem annis pœnitentia quarta feria et sexta, et tribus Quadragesimis, si per vitium aliquod fuerit; si autem per munditiam licitum putaverunt, tribus annis, sic pœnitentia.

De opere die Dominicæ.

Græci et Romani navigant, equitant, panem non faciunt, nec in curru ambulant, nisi ad ecclesiastatum, nec balneant. Græci non scribunt in publico, tamen pro necessitate seorsum in domo scribunt. Qui operantur die Dominicæ, eos Græci prima vice arguant, et secunda tollunt aliquid ab eis, tertia vice tertiam partem de rebus tollunt, aut vapulant, vel vii dies pœnitent. Lavacrum capitum potest esse in Dominicæ, et in lixivio pedes lavare licet. Si quis autem Dominicæ die per negligentiam jejunaverit, hebdomada tota debet abstinere; si secundo, dies viginti pœnitent; si postea, quadraginta dies. Si pro damnatione dici jejunaverit, sicut Judæi, abominabitur ab omnibus Ecclesiis catholicis. Si quis autem contempserit interdictum [indictum] jejunium in Ecclesia, et contra decreta seniorum fecerit, sine Quadragesima quadraginta dies pœnitent, si autem in Quadragesima, annum unum pœnitent; si frequenter fecerit et in consuetudine erit ei, exterminabitur ab omni Ecclesia Dei, Domino dicente: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, et reliqua (Matth. xviii.).*

CAPUT XIII.

De ministerio ecclesiæ et redificatione, etc.

Pro bonis rebus offerre debemus, pro malis ne-

^a Forsan, maneat.

^b Id est, candoreni, seu simplicitatem.

^c De antiqua consuetudine non jejunandi die Dominicæ aut in quinquagesima Paschæ, vide notata ad c. 9 Reg. coenobial.

^d Sine, id est, extra.

^e Forsan, accipientibus.

A quaquam, presbyteri vero pro suis episcopis non prohibentur offerre. Qui communicaverit nec ignorans excommunicato ab ecclesia, quadraginta dies pœnitentia. Si quis errans communicaverit aliquid de verbis sanctorum, ubi periculum adnotaverit, tres superpositiones faciat. Si sacrificium terra tenuis negligendo ceciderit, superponat. Qui sacrificii aliquid perdit, relinquens illud feris devorandum, si excusabiliter, tribus Quadragesimis; sin vero, anno uno. Qui non bene custodierit sacrificium, et thus comederit illud, quadraginta dies pœnitentia; qui autem perdiderit in ecclesia, et [aut] pars ceciderit, et non inventa fuerit, viginti dies pœnitentia; qui autem perdiderit suum chrismale, aut solum sacrificium in regione [loco] qualibet, et non inventur, tribus Quadragesimis vel anno pœnitentia. Perfundens aliquid de calice super altare quando auferunt linteum, septem dies pœnitentia; aut si habuerit ea superpositinibus septem pœnitentia. Si accendentibus de manu sacrificium acciderit in stramen, septem dies pœnitentia a quo ceciderit. Qui autem infuderit calicem in fine solemnitatis missæ, quadraginta dies; si vero neglexerit quis accipere sacrificium, et non interrogat, nec aliquid causæ excusabilis extiterit, superponat; et qui acceperit sacrificium pollutus nocturna visione sic pœnitentia. Diaconus obliviscens oblationem asserre, donec auferatur linteum quando recitantur homina pausatulum, similiter pœnitentia. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, aut sic transitus veribusque consumit, ut ad nibilum devenerit, tribus Quadragesimis cum pane et aqua pœnitentia. Si integrum inventum fuerit, ita ut sint in eo vermes, comburatur, et cinis sub altare abscondatur, et qui neglexerit & quatenus Dominicæ diebus suam negligentiam solvat; si autem amissione saporis decoloratur sacrificium, viginti expletatur jejunium; conduratum vero, septem diebus; qui autem mergit sacrificium, continuo bibat aquam, et quod in chrismale fuerit sumet sacrificium, et emendet per decem dies culpam solutus. Si ceciderit sacrificium de manibus offerentis terra tenuis, et non inventur, omne quocunque inventum fuerit in loco in quo ceciderit comburatur, et cinis ut supra abscondatur; sacerdos deinde anno damnetur. Si vero inventum fuerit sacrificium, locus scopula mundetur, et stramen ut supra igniat, et sacerdos viginti dies pœnitentia; si usque ad altare tantum lapsum fuerit, superponat; si vero per negligentiam de calice aliquid stillaverit, lingua lambatur, tabula radatur; ^b si nou fuerit tabula, ut non conculeetur locus corradatur, et igne consumatur ut supra, sacerdos quinquaginta dies pœnitentia. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister stillam, ternis positiens diebus; et si per unum liu-

^f Mortuorum, ut mos erat plurimum Ecclesiarum, inter sacra mysteria peragenda recordatio.

^g Forsan, quaternis.

^h Ita has duas lineas in Ms. penitus depravatas restituimus ex dist. 2 de consecrat. c. 27, unde proxime et præcedentia et sequentia auctor sumpsit, variatis paululum verbis.

teum ad aliud septem diebus; si usque ad tertium, A octo diebus; si usque ad quartum, quindecim diebus, et lnteamina quae tenent stillam per tres abluit vices calice subtè posito, et aquam ablutionis sumat. Si quando interluitur calix, stillaverit, prima vice duodecim canantur psalmini a ministro. Si tibi baverit sacerdos super orationem Dominicam, quæ dicitur ^a periculosa, si una vice quinquaginta plagas, secunda centum, tertia superponat. Qui vomit sacrificium, et a canibus sumitur, anno uno pœnitent; sin autem, quadraginta diebus; ^b si inde quando communicaverit sacrificium, evomuerit, si ante [post] mediam noctem, tres superpositiones faciat; si vero sacrificium evomuerit, quadraginta dies; ^c si infirmitas causa, septem dies; si in ignem projicit, centum psalmos caplet; si vero canes lambuerint talerum vomitum, centum dies qui evomit pœnitent. Qui communicaverit sacrificium inconscius [conscius], septem dies pœnitent. Quicunque alicui capitale crimen admittenti per ignorantiam communicaverit, septem dies pœnitent.

CAPUT XIV.

De reconciliacione et aliis, etc.

Qui multa fecerit idem, homicidium, adulterium cum muliere, et cum pecore, et furtum, eat in monasterium, etc., pœnitent usque ad mortem. Si quis presbyter ^d pœnitentiam morientibus abnegaverit, reus erit animarum, quia Dominus dicit: *Quicumque die conversus fuerit peccator, vita vivet, et non morietur* (*Ezech. xxxiii*). Vera enim conversio in ultimis tempore potest esse, quia Dominus non sumus temporis, sed etiam cordis inspector est, sicut

^a It. Ms.^b Forsan, si antequam.^c Leg. infirmitatis.^d Absolucionem qua pœnitentiae sacramentum completur.^e Forsan, excommunicantur.

Intro uno momento meruit esse in paradiiso, in hora ultima confessionis. Sacrificium non est accipiendum de manu sacerdotis qui orationes et lectiones secundum ritum implere non potest. Graeci omni Dominica communicant, clerici et laici; et qui in tribus Dominicis non communicaverint, ^f excommunicantur, sicut canonæ habent. Romani similiter communicant qui volunt; qui autem noluerint, non communicant. Graeci et Romani tribus ^g a mulieribus, sicut in lege scriptum est, ante panis propositionis consummationem, ^h pœnitent. Pœnitens secundum canonæ non debet communicare; nos autem pro misericordia per annum aut sex menses licentiam damus. Pro defuncto monacho missæ agantur die sepulturae ejus, et tertio diæ, et præterea quantum voluerit abbas; pro laico bono, tertio die vel septimo. Potest esse jejunium pro pœnitente vigesimo die vel septimo; et propinquos ejus oportet jejunare septimo die, et oblationem offerre ad altare, sicut in Jesu filio Sirach legitur (*Ecclesi. xxii*), et pro Saul filii Israel jejunaverunt (*I Reg. xxxi*), postea quantum voluerit presbyter. Mulieres possunt sub nigro velamine accipere sacrificium: Basilius hoc judicavit. Episcopis licet in campo confirmare. Presbytero in uno altari duas facere missas conceditur uno die. Omne sacrificium sordida vetustate corruptum, igne comburendum est; ⁱ confessio autem Deo soli ut agatur, si necesse est, licet. Missas sæcularium mortuorum [sieri licet] ter in anno, tertio die, et septimo die, et trigesimo die, quia C surrexit Dominus tertia die, et hora nona emisit spiritum, et triginta dies Moysen filii Israel planxerunt.

^f Forsan, diebus.^g Forsan, abstinent.^h Dum non adest copia confessarii ante missam, procuraria contritio de peccatis tum Deo soli confitendis.

ANNO DOMINI DCLXIX.

VITALIANUS PAPA.

NOTITIA HISTORICA.

[Ex Mansi, amplissima Conciliorum Collectio.]

(a) Vitalianus, natione (b) Signiensis, provincie Hispaniae, de patre Anastasio, (c) sedi annos xiv,

(a) *Vitalianus*. Ultima mensis Angusti, anno Domini 655 [Al., 656], in locum Eugenii successit Vitalianus, patria Signius. Hujus temporibus orientales Saxones fidem suscepserunt. In Anglia de tempore paschalis celebrandi gravissime disceptatum habuit. Sev. Bin.

(b) *Signiensis*. Sic dictus a Signia civitate apud Bernicos, longe ab Urbe trigesimo lapide in via Laurentiana sita. Id.

D menses sex [Al., quinque minus diebus iv]. (d) Hic direxit responsales suos cum synodica juxta consuetu-

(c) *Sedit annos xii, menses sex*. Menses quæ nque minus quatuor diebus post annos xii sedisse, patet ex initio et fine suscepti pontificatus. Id.

(d) *Hic direxit responsales suos*. Eadem legatione Vitalianus litteras dedit ad Petrum Constantinopolitanum episcopum, hortans eum ad fidem catholicam amplexandam; ad quam ille rescribens ait se ista prosteri quæ veteres Patres docuerunt; quod ut confirmaret, eorum testimonia (quoniam non satis